



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXX. Das Domcapitel zu Havelberg verkauft dem Kloster Hillersleben eine Hufe in Akendorf, am 30. Dezember 1255.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

fecto non perfoluerunt, ad solucionem nobis iustarum decimarum tenerentur, de communi uoluntate et consensu domino Geuehardo, abati, et conuentui de hildefleue uendidimus cum omni iure et utilitate, qua nos easdem decimas tenebamus, receptis ab eis proinde C et VIII marcis examinati argenti, quas nos in utilitatem ecclesie nostre tam in aduocaciis redimendis siue in aliis possessionibus, nobis et ecclesie nostre magis utilibus comparandis duximus expendendas, renuntiantes omnibus litteris et priuilegiis, quibus conuentus supradictus super hoc tractatu posset in posterum impediti. Huius rei testes sunt: Burchardus, vicedominus, Rudolfus, portenarius, Euerwinus, sancti bonifacii prepositus, Gunterus de mansfelt, nostre maioris ecclesie canonici, Vviferus, Hermannus et Conradus, canonici sancti pauli, totumque eiusdem ecclesie capitulum, et alii quam plures. Actum anno Domini M^o. C^o. C. LV^o. Et ne super hoc dubium aliquod in posterum oriatur, presentem paginam inde conscriptam et tribus sigillis nostre maioris ecclesie, nostro et capituli sancti pauli communitam, prefatis, domino abbati et conuentui, duximus in testimonium ualidum erogandam. Datum halberstad, anno gracia prenotato, Nono kal. Maj, Indictione XIII.

Cop. I, fol. 17.

XXX. Das Domcapitel zu Havelberg verkauft dem Kloster Hillersleben eine Hufe in Afendorf, am 30. Dezember 1255.

. . . Dei gracia havelbergenfis ecclesie prepositus, iohannes, prior, totumque eiusdem ecclesie capitulum Omnibus inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum et more aque defluit decurrentis, ea, que aguntur in tempore, ne similitur labantur cum tempore dilabente, poni solent in lingua testium et scripture memorie perhennari. Notum igitur fit vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos reditus vnius mansi, ad nos de iure pertinentis, in villa achendorp siti, ecclesie hildefleue pro X marcis stendaliensis argenti dimisimus in ius perpetue proprietatis, excepto eo, quod ius aduocacie nostre ecclesie referuamus. Ne autem in posterum aliquid dubietatis aut similitatis possit oriri, presentem paginam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Testes huius rei sunt Wipertus, prepositus, Johannes, prior, Bertoldus, camerarius, Hinricus, custos, Bertoldus, celerarius, Hinricus de calenvorde, Hinricus de sandowe, Manegoldus, Wefzelinus, Hinricus de suecthen, Orlieus, Johannes de runtorp, Johannes de Creuese, Cono, sacerdotes, et alii quam plures. Actum havelberg, anno domini M^o. CC^o. LVI^o. III^o. kal. Januarii.

Cop. I, fol. 23.